ESTICA
A. 5085

44.

20

89

1468

ORATIO

in obitum

Generosissimi et Nobilissimi Dni.

DN. GUSTAVI ACHATII

de Lindholm et Vinderstadh

Sae Rae quondam Mtis Sveciae Equitum Magistri Strenuissimi, in germania pie vitam cum morte commutantis et in patria Medholmensi templo decenti pompa et festivitate 13 Augusti terrae gremio mandantis.

Ut publice in praesentia Nobilissimorum et Magnificentissimorum DD Senatorum Reverendorum praepositorum pastorum Ministrorum Studiosorum, et aliorum Spectatissimorum virorum confluxu proponeretur

Scripta, et Similiter exhibita

per

Joannem Sveno-Wivallium, Nericiensem

Anno 1637.

Cum viderem reliquos in illustres Generosi
Magnifici et vera nobilitate claris
Nec

Cum videremq [illegible]
Magnifici, et vera [illegible]
Nec non praepositi, pastores, atque Ministri
Verbi divini, et tū studiosa cohors.
Vos quoque praetores, ac cives Orebroënses
Magnâ conspicui dexteritate viri.
Cum videam vos (inquam:) benemoratos Studiosos
Carmina tum Rythmos scribere amore pio.
Sum simul adductus, sincerâ mente referre
Versus nonnullos pro modulo ingenij.
Ergò Christe tuo totum qui Numine comples
Orbem terrarum, qui regis astra Deus.
Imploratus ades! dextras mihi suffice vires
Numine tu linguam dirige quaeso meam.
Te duce grata canam, sine te nil nostra saporis
Atque nihil fructus Carmina vana dabunt
Vos quoque compello, Clarissima lumina regni
Svediaci, quorum fama per astra volat
Achati Axeli de Götzholm, fautor amande
in Sveonum regno regis et in camerâ.
Gabriel Oxenstiern liber baro de Kimito, hujus
Regni Archi-Dapifer, magne patrone mihi
Tu quoque Petre Baner vice-Cancellarie, Johan
Ponto-De-Lagardi, Carole Bonde simul
Atque Erice
Atque Erice Ryningh, Peter, Laurenti, Thuro Spare

Fratres germani Laurij decusq chori.
Gustaf Leijonhofwudh, magna gravitate sedentes
Quos genus et Musæ nobilitavit honos.
Hunc mihi quæso locum, veniam simul hanc date ovanter
Ut mea cum vestra carmina pace canam.
Atque ea quæ vobis hodie nunc carmina canto
Pauligper placidis quæso notate animis.

Heri mellifluis verbis perorando Johannes
Lypth studiosus ovans, talia verba dedit,
Quis dolor exhaustis latices infundet ocellis
Fessave quis genitu corda replere potest.
Jam pietas oculos exhaurit: Sinantia frangit
Pectora: restingvit viscera mæsta dolor.
Nec mirum quoniam Dominus Gustavus Achatij
De Blötzholm subito, morte peremptus erat.
Fas reor inde mihi tanti dare signa doloris
Ille dolor nostri carminis author erit
Carmen enim nequeo phœbeo ducere plectro
Sentio susceptum viribus impar onus.
Quis justis posset numeris æquare labores
Ejus; quis digne bella cruenta canat?

Cerdo fatigarret laudatio tanta Maro nem credo
tale ...dortg ... timoret ong

Haud ego judicio, confidens efferor illo
Nec me quod non sum turpiter esse puto.
Nec splendens gravibus respondet copia dictis,
Sed mera simplicitas nudaque verba sonan
Gustavum Achatij de Blötzholm pectore deflens
Magni mæroris maxima signa dabo.
Blötzholm tota gemens, pullis tu vestibus adsis
Tristiaque alterna pectora tunde manu.
Ac mecum tristi perpendito singula vultu
Commoda quot nobis sustulit illa dies.

Insuper Andreas Cantherus, pastor amandus
In Medhlöö talem protulit ore sonum.
Commoda mundi quid sunt? Nil nisi lerna malor
Ast homo quid? flos est. Vita quid ipsa? ... ruina labe
Tam si ortum spectes, medium si denique finem
Heu quodcunque placet, tristicia ac labor est.
Flos cadit aurora modo qui fulgebat ad ortum
Præterit exiliens fornice rivus aquæ
Imbre tumet gravido, sed mox vaga bulla residit
Frangitur et leviter splendida massa vitri
Dulcis abit subito languenti pectore somnus,
Excita cum studio est mens generosa sio
Umbra velut speculo levis evanescit imago,
Avolat in ventos missus ab ore sonus
His cadit o omnis Homo, citius ... o mnia fluxa
Flos, aqua, bulla, vitrum, somnus, imago, sonus.

Bulla, vitrum, somnus, imago, sonus.
Aspice nunc igitur mortem, quoq; respice finem
Tempus in omne tuum, dum tibi vita manet.
Rom. 14. Nemo sibi vivit, moritur sibi nemo, parentis
Nostra Dei vita est, Mors quoq; nostra Dei.
Terrarum vitam seu vivimus orbe Cadendo,
Seu morimur Domini, spe meliore sumus.

XI. Desuper in templo hoc Modholob, Luneboënsis
Pastor Concinne, talia verba dedit.

Quando meis oculis Contemplor Conditionem
Hujus praesentis temporis exiguam.
Nullus in orbe locus, quem non bellona flagellis
Sanguineis vastat, bella cruenta ciens.
Illinc proveniunt odium fastusq; superbus,
Ira, cupido lucri, Furta, rapina, scelus.
Quanta sit interea peccati sarcina torpor,
Quam sit supremo res odiosa Deo.
Id sacra perspicue testatur pagina vatum,
Atq; rei faciunt tempora nostra fidem.
Queis igitur tuto pandemus carbasa ventis,
ut fugiat scopulos nostra carina truces.
Hoc vitium semper fugies cane pejus et angue,
Et fac commissum sedulus officium.

Dum valet aetas et virtus in corde juventam Dum
Saepe tibi aspirantem remeditare tuam
Quandoquidem

Saepe tibi aspirantem
Quandoquidem subito volat irreparabile tempus,
Et vigor in membris non diuturnus erit.
Pallida ut in pratis autumni tempore primo,
Labuntur foliis Lilia pulchra suis:
Sic subito ingenij flos hic juvenilis et omnis
Qui fuit in nobis desidit ante vigor.
Ergo ne prorsus fatis vexemur acerbis
Vitemus genij fervida tela mali.
Cogimur assiduo varijs operum labyrinthis,
Atq; onerum duro subdere colla jugo.
Ne nos inveniat vitio somnoq; sepultos,
Qui sedet ad Stygias incola dirus aquas
Ac tandem captos duris deducat habenis,
In necis oceanum et perditionis iter.

XV. Generosus, Dn Gustavus Achatij, praeparavit se ad mortem his 8. modis

Nunc hodie volumus paucis perstringere verbis XV
Gustavi Axelij verba notando pia set

In orbe nil habemus
Quod perpetim viget
Vitam licet agemus
Non hic tamen vivet:
Humana Namq; vita
In orbe pessimo
Non sit diu quid ita
Flos est in hortulo:
Colore Colore
Colore manu gratq
Et rore fulgidq.

[...] tole [...]

Repentè falce stratus,
Fit indè flaccidus.

Ergò DEi nutu pio
Lubens ab orbe cedam,
Et exitum JESU meo
Silente, mente credam,
Huic spiritum trado meum
Urgente mortis horâ
Sunt victa Pan, Orcus Sathan,
Piaculiq; probra.

Jesus suo scuto tegit — Y. 2. Placidâ hujus vitae expirationes
Manuq; me clemens regit
Quod ille vult fiat mihi,
Res hujus omnes seculi
Cui nempè credidi.

Ex orbe decus, optimum,
Abduco, munus coelicum
Famam decusq; nominis
Prosapiaeq; Nobilis
Achati ut est Patris.
Oxstiern ut est Matris.

Semper voluntas optima — Y. 2. Paternâ Jesu Christi protectione.
Fiat, Dei clementia
Qui me suâ nunc deprimit
is rursus altè surrigit
Manuq; dirigit.

Vixisse audi nobilem

Vixisse

Vixisse audi [...]
Nullum citra duram Crucem — 3 Certa crucis imitatione
Crucem libens ergò sane ego
Tuam, Jehova perfero
Si praesto sis modò.

Nutu tuo, Me flectito — Y. 4. Firmâ animae corporisq; corroboratione
A ne viâ recedam
Sed transigam, vitam piam
Ac mente ritè credam.
Nam dexterae trado tuae
Animam meumq; corpus,
In angustiis, periculis
Me liberato prorsus.

— Y. 5. Divinae Spiritus S. illuminatione

ME rector alme flecte
Arbitrio tuo
Ut cogitata rectè
Infixa sint polo
Nè mens avarior
Terrena colligendo
Ac [...] e astra negligendo
Subvertat acie cor. — Y. 6. Omnium Dei [...] neglectione

Meam tuere vitam
F[...] latu sacro tuo
Et exhibe (sane cupitam
[...] em coelicam) rogo
R
Terrena nil moror

Nec angor[...] sic agens — Nec
Quod sint nec aere plenus.

Quo jam nec terre plenus
Sat coelitis beor.

O Christe nunc adjuva me
Cum fata finiam,

Praesens et applica te
Ut bene dormiam
Adobrutus hoc solo

Et inde suscitatus
Modo fruar beatus
Vita in Dei polo.

7. Summa auxili... Dei petitione.

8. perpetua... terna vita f... tione.

Ergo Chare pater, Mater, Fraterq, Sorores
Vos simul Affines, tergite tot Lachrymas.
Sic domino placuit fuit haec divina voluntas
Et vobis placeant quae placuere Deo.
Quis non prae exilio patriam prae Marte quietem,
Quis non prae pelago littora tuta petit
Quis non prae terris coelum, prae morte beari?
Quis non prae luteis gemmea tecta crucis?
Portum ego jam teneo vos turbida jactitat aura,
Palmam ego jam retuli vos fera bella manent.
Infera despicio, vos suspicitote superna,
Nolite ad vestras me revocare plagas.
Vos ad me potius quam me ad vos ire precandum
Vos nisi non vobis jungar oportet ego.
Pro terra coelum, somnum pro morte recepi,
Estq graves curas blanda secuta quies.

Jam mihi parta fei, iam tandem pausa malorum. Jam
inter coelicolas gaudia laetus ago

Inter coelicolas gaudia laetus ago.
Sed ne praetereat justos oratio fines
Carminis incepti terminus esto mei.

Votum

Det Deus ut vivat Christina Augusta Superstes
Sitq diu patriq mater amanda soli!
Elonora fiet Christina sospite sospes,
Rerum successu Suecica sceptra beent.
Fausta precor cunctis Dominis, regniq Dynastis
Oxenstiern: Delagard: Mildeneselt
Det Deus ut possint sub Christo rege supremo
Nostri felici ducere bella manu.
Audiat haec Dominus, qui sustinet omnia solus
Et faciat votis pondus inesse meis.
Cui sit Laus et honos summus, cui gloria soli,
Singula per summi secula semper Amen

Dixi.

Vrae Mtis Gsae

beneficiarius gratissimus

Joannes Sveno Wivallius Nericiensis